

COCOS. Linn.

1. *Cocos equatorialis*. — Stipite 8^m alto, inermi, semi-flexuoso; frondibus erectis, inferioribus patentibus, curvis, inæqualiter pinnatis; foliolis linearibus, acuminatis, recurvis, 3-4 nativis, alternis et ad cacumen oppositis. Drupa oblonga, vitellina.

MAXIMILIANA INAJÁ-Y. *Spruce Palm. Ann. Jour. the Lin. Soc. vol. XI. pag. 163.*

Hab. in dumetis et silvis in solo argilloso et edito prope Manáos, fluvios Urubu, Jatapú et Jutahy. Indiginæ ad Jatapú degentes Jará-rana, ad urbem Manáos pupunha de porco, ad Jutahy curuá-rana autumant.

(Barb. Rod. hb. Palm. 340)

Jam hanc speciem descripseram, quum Dr. Trail *Enumerationem Palmarum Sprucei* ostendit, in qua describitur species quædam *Maximiliana Inajá-y*. Postquam brevissimam legi descriptionem, mihi persuasum est eandem esse speciem, de qua locutus sum; sed, præterquam quod ad genus *Cocos* pertinet, etiam nomine vulgari Inajá-y caret, quod, ut indagavi in provincia ignotum est.

2. *C. speciosa*. — Stipite procero; frondibus paten-